



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Otho Conf. 23. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

196 VITÆ SANCTORUM. 23. Mart.  
*similis sis Deo, vel quàm dissimilis,  
quàm propè vel quàm longè, non locorum  
intervallis, sed morum affectibus. S. Bern.  
l. Med. c. 5.*

S. OTHO CONF. 23. Martij.

**R**omæ natus OTHO Palladi primam  
ætatem devovit. A Pallade deinde  
ad Matrem transiit, utroque propitio.  
Nam & literis excultus, & armis præ-  
stans Lothario Imp. cum hic Innocen-  
tio III. Pont. contra Pseudopontificem  
auxilium ferret, ita volente, veteri Ma-  
jorum gloriæ Equitis etiam titulos adje-  
cit. Nimirum nulla adæquè calcaria vir-  
tutem extimulant, uti aurea. Quod  
tamen DEUS sub suis signis militare  
vellet OTHONEM, ostendit quæ mun-  
dus suis stipendia numeraret. Proin dum  
pro Alexandro III. Pont. contra Frid.  
Imp. arma gerit, speratque palmas &  
triumphos, captivus carcerem ab hoc au-  
fert & vincula. Adest tamen D. Bernar-  
pus precibus vocatus, & dormientem ex  
hostium manibus non vano somnio edu-  
cit. Squalor carceris & fames longa a-  
lium vultum OTHONI induerant, ut  
facile omnes falleret. Liber ergo arma in  
se vertit, sibi bellum indixit. Locus castris  
metandis placuit Beneventum inter &  
Asculum. Sed & propugnaculum ingens  
extruxit cellam humilem; tela preces e-  
rant:

24. Mart. VITÆ SANCTORUM. 197  
rant: vulnera ab hostili manu nulla, ho-  
nestissima à suâ manu tulit. Ita sese sub-  
jugato, Arianensium quoque superstitio-  
nem aggressus expugnare, effecit, ut qui  
ad id tempus Jani bifrontis imaginem,  
quâ publicis, quâ privatis ædificiis præfi-  
gebant, Christiani Christum potius præ-  
se ferrent, quàm Deos ridiculos. Iis-  
dem imminentem ob scelera non modò  
ab Agarenis, sed Christianis etiam vasti-  
tatem, & ruinam prædixit; cui tamen  
ipse morte subduxit sese. *Ex Ferrar.*

*Quæ nos agit vesania vitiorum? sitire  
absynthium, hujus mundi sequi naufra-  
gium, vitæ labentis pati infortunium, im-  
pia Tyrannidis ferre dominium, & non  
magis consolare ad Sanctorum felicitatem  
& ad Angelorum societatem? S. Bern. in  
Medit.*

S. SIMON TRIDENTIN. M. 24. Martij.

**I**Terum hodie impietas odiis suis fan-  
guine innocentilavit, & cùm Christi  
non potuit amplius, Christiani certè  
sanguinem fudit crudelis. Tridentum  
tragœdiam spectavit. Egere Judæi, &  
principem Christi personam S I M O N su-  
stinuit, puerulus vix dum menses viginti  
novem natus. Matres omnes Tridenti-  
næ illacrymarunt. Porrò nomina præci-  
puorum carnificum sunt Moyse, Sa-  
muël, & Tobias, sancta nomina, sed